

Immitte crucibulo triangulari; cui superimponere aliud simile crucibulum inversum, ita ut anguli utriusque alternentur. Stent inter medios carbones, ut Zincum in fluorem deducatur. Sic Zincum in flammarum exardescet, & sublimabuntur flores albi, qui successive utrumque crucibulum implebunt. Dum propter flores nimios superficieis suæ inhærentes Zincum inflammari cessat, rutabulo ferreo flores amoveantur, ut de novo exardeat, quod repetendum, donec omne Zincum in flores sit conversum. Interea flores de utroque crucibulo pro rei necessitate sèpius tollantur.

Hi flores si satis albi non sunt, per parvas portiones injiciantur successively in aliud crucibulum candens, & calcinentur, ut casu adhærens adhuc phlogiston abigatur, quo albescant debite.

### GLOBULI CARMINATIVI.

*vide*

### SUPPOSITORIA.

### GLOBULI AD ERYSIPELAS

*vulgo*

MONIALIUM SANCTÆ ELISABETHÆ.

R. Pulveris Aluminis crudi unc. iij.

Sa-

Salis ammoniaci unc. iij.

Solvantur in

Aquæ communis libr. ij.

Cum hac solutione lævigentur super porphyrite.

Cretæ albæ purissimæ libr. iiiij.

Cerussæ libr. ii.

ultimo admiscendo

Camphoræ ope spiritus vini in pulverem  
redactæ unc. j.

Ut omnium fiat massa, ex qua formentur  
globuli ponderis unciæ dimidiæ in umbra ex-  
ficcandi, ac servandi.

### HEPAR ANTIMONII.

R. Antimonii crudi.

Nitri ana libr. j.

Seorsim in pulverem trita mixtaque accu-  
rate in crucibulo candenti detonent, injiciendo  
per vices. Et servetur massa.

Hæc cum aquæ sufficienti quantitate debite  
abluta, & exsiccata dicitur

### CROCUS METALLORUM.